



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Missa quid sit. tit. 105

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

qui publicis criminibus fœdati sunt, suscipere cibū: multo minus Ecclesia debet admittere criminosos publicos ad communionem, ne in corpus & sanguinem Christi delinquatur. Etiam ut non communiciemus cum illis, qui specialem sibi sectam delegerūt, & non concordant cum Catholica fide & doctrina, ne particeps siamus odij eorum & dissidiorum, & apobemus illorum errores, quos habent de venerabili Sacramento, vbi aliqui credunt solum panem, aliqui Christum esse, sed sine diuinitate. Solū ergo ille dignè communicat, qui primò dolet de peccatis suis & pœnitit, & intendit emendare vitam. Secundò, qui credit Christum pro se mortuum & passum, Roman. 4. Tertiò, qui in unitate & concordia proximi communicat, & est sine secta. De illis tribus si ynum defuerit, non dignè communicamus; ideo iubet Apostolus 1. Corinthiorum 11. vt homo seipsum probet, & sic de pane illo & calice &c. ne quis indignè communicans. Primò peccat in corpus & sanguinem Christi: Secundo, ne manducet sibi ipsi iudicium & mortem, &cæt. Nam habere Sacramentum ad pœnam, & non ad fructum, plūs damnationis habet, 2. Pet. 2. Melius foret &c.

Indignè communicans, Primò peccat in corpus: Secundo, temporel pœnam incurrit. sic dormiunt multi. Tertiò, iudicium, id est, damnationem æternam, 1. Corint. 11.

MISSA QUID SIT.

TITVLVS C V.

Missa sunt notāda. Primò, quid sit Missa: Secundo, cur instituta: Tertiò, qui sint fructus Missæ. Primò, Missa est opus in quo iuxta mandatū Christi vinum & panis consecratur in corpus & sanguinē eius, & communicatur in memoriam passionis Christi.

S f s

sti, pro-

sti, propter nostra peccata factæ in cruce. Lu. 22, Hoc facite. Secundo, Matth. 26. Accepit panem, gratianus gens, benedixit, dicens: Hoc(nunc) est corpus meum Tertiò, Hoc facite, id est, consecrate, sumite in manam memoriam, id est, quotiēs sumitis & facitis, cogitate quod vos redemi meo sanguine, &cæt. Suntigitur hæc tria summa capita, consecrare, sumere, & memoriam passionis habere,

Secundò, Missa est instituta propter tres causas. Prima est commemoratio, vt in Ecclesia esset quotidiana memoria passionis Christi, nè hoc sacramentum vel opus redemptionis nostræ obliuisceretur, sed ipsum nobis prôponeretur: si enim Iudæis fuit preceptum, vt omni anno manducarent agnum paschalem ob liberationem ex Aegypto de manu Pharaonis, Exod. 12, que liberatio sola fuit corporalis: multo amplius nos, qui æternaliter sumus liberati à peccato, satana, inferno per mortem Christi, debemus quotidie habere huius rei memoriam, Vult enim Deus habere memoriam suorū mirabiliū, Psalm centesimodecimo. Secunda, causa, vt fierent orationes quotidie pro tota Ecclesia & omnibus statibus quatenus Deus nobis distribuere dignetur virtutem & meritum passionis Christi id est, remissionem peccatorum, augmentare & conseruare in fide, dare vitam æternam propter illum sanguinem effusum. Ideò sacerdos ter dicit. Agnus dei &cæ. Ioan 1, & iuxta Apostolum, 1. Timo. 2. fiant obsecrationes, id est, precationes, vt sunt introitus, Kyrieleison. Secundò Orationes, id est, collectæ pro viuis & defunctis & omnistatu. Tertiò, postulationes, quibus petimus propter sanguinem, passionem & mortem CHRISTI, misericordiam, nō propter nostrorum operum dignitatem. Insuper & gratias agimus in Complèctionis Missæ, videlicet gratiarum actio pro redi-

ption
ciam
nobis
quæ
f. N
orati
circu
ditis
Te
fide p
lx, &
fi, &
tradi
missi
tano
mou
casio
Eran
orati
nes si
mara
tatio
agim
accip
ralite
di. Na
mand
&cæt
Euch

pione per Christū, & singulis alijs beneficijs, & sic etiam alloquimur sanctos & angelos Dei, vt pro nobis precentur, vt Deus distribuat, &cæt. Ex hoc liquet, quod etiam Missa alijs quam celebranti proficit. Nam licet communio solum proficit celebranti, orationes tamen & collectæ profunt multis alijs & circuistibus, presentibus, absentibus, prelatis & subditis, quia toti Ecclesiæ videlicet prodit hæc oratio.

Tertio, fructus Missæ sunt, Primò, confirmatio in fide passionis Christi: qui enim frequenter adest Missæ, & videt in eleuatione corpus & sanguinem Christi, & pensat illa, cogitando: Ecce hoc corpus protre traditum est in cruce. Hic sanguis effusus est pro remissione peccatorum tuorum, Matth. 26. Hæc cogitatio confirmat fidem, accendit deuotionem cordis, mouet ad orandum & gratias agendum Deo, dat occasionem cogitandi peccata sua, &cæt. Sic Act. 2. Erant perseverantes in fractione panis, doctrina & oratione. Et sic crevit Ecclesia: sed postquam conciones sunt factæ bella, oratio reiecta, Missa blasphemata, decrescit Ecclesia. Secundus fructus est confirmation in bello contra satanam: quotidianum bellum agimus Ephes. 6, cum satanam, & quia circa Missam accipitur Christus spiritualiter, aut etiam corporaliter & spiritualiter, idè timet satan tales aggredi. Nam videt Christum esse in homine, Ioan. 6. Qui manducat me, &cæt. Roman. 8. Si Deus nobiscum, &cæt, cui iterum incorporamur. Vide spra quid sit Eucharistia.

*MISSA AN SOLVM PRO
sit celebranti,*

TITVLVS CVI.

PRIMÒ, in omni Missa duo fiunt, Iesus & sumptuo sacramenti, sicut CHRISTVS præcipit Matth. 26. Accipite comedite: & sic esus sacramenti